



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 30. Erasmi Tractatus de libero arbitrio contra Lutherum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

**Sæcul. XVI pos.**, & Sacerdotes esse larvas, Constitutio-  
**A.C. 1524.** nes hominum esse hæreticas, confessionem esse  
 pesiferam, opera, merita, & conatus esse  
 voces hæreticas, nullum esse liberum arbitrium,  
 sed omnia necessitate geri, nihil reser-  
 re, qualia sint hominis opera? Genuit olim  
*Evangelium mundo novum genus hominum,*  
 nunc quales gignat hoc *Evangelium non libet*  
*referre, certe, quos olim novi optimos, quos-*  
*que dixissem virtuti natos, video factos de-*  
*teriores.*

## §. XXX.

*Erasmi tractatus de libero arbitrio  
contra Lutherum.*

**Cochl. de act.** Ex epistola Melanchtonis ad Erasmum,  
**Luth. p. 140.** quem ad scribendum de libero arbitrio  
**Steid. in com.** trio librum adversus Lutherum stimula-  
**I. 4. p. 123.** bat, haud obscure colligimus, jam ei-  
**Spoud. ad** dem perspectum fuisse docti hujus viri  
**an. 1524. n. 9.** propositum, quo ejusmodi tractatum e-  
 lucubrandum suscepserat. Enimvero E-  
 rasmus, quamvis hucusque veram Ec-  
 clesiam adversus novas hæreses cala-  
 mo tueri cunctaretur, nunc tandem non  
 modo amicorum precibus, sed etiam  
 Principum, imo & Præfulum impulsu  
 ad id movebatur, præcipue vero ipsa  
 eum necessitas compellebat, ut semet-  
 ipsum tueretur adversus illos, qui illum  
 Lutheri fautorem criminabantur, his  
 itaque rationibus permotus adversum  
 hunc

hunc Hæresiarcham calatum stringere 3æccl. XVI.  
A.C. 1524.  
constituit, scripsitque hoc anno tracta-  
tum, cui titulus: *Diatribæ* hoc est *exer-  
citatio de libero arbitrio*. Libellus iste eru-  
ditione, eloquentia, ac Scriptoris mo-  
deratione plane præclarus est, de quo  
fusior redibit sermo, ubi Lutheri respon-  
sum, nonnisi biennio post editum refer-  
remus.

## §. XXXI.

*Oecolampadius fidei desertor, ac no-  
væ reformationis Señator.*

Quamquam Oecolampadius Erasmo ami- Spoud. ann.  
1525 n. 17.  
Sand. hæres.  
210.  
citiæ fœdere junctus esset, illo ta-  
men minus in fide constans ad eam men-  
tis imbecillitatem prolapsus est, ut se  
hoc anno novarum hæresum torrente  
abripi sineret. Natus is erat anno Chri-  
sti millesimo quadringentesimo octoge-  
simo secundo, ac Juvenis admodum Ba-  
sileam vocabatur, ut in Principali Ec-  
clesia Verbum Dei populo annunciasret:  
Anno autem millesimo quingentesimo Prætol. in  
vita Oecol.  
Wolfg. Ca-  
doctissimam ad Erasmus perscripsit epi-  
stola. ibid.  
Florim.  
Raym. de  
orig. hæres.  
l. 2. c. 8. n. 9.  
& 10.  
decimo septimo elegantissimam juxta ac  
imo sanctioris vitæ studio animatus an-  
no Salutis millesimo quingentesimo vi- Epist. Eras.  
l. 7. ep. 42.  
8. 43.  
gesimo in Monasterio S. Laurentii prope  
Augustam Ordinis S. Brigittæ habitum

F f 3                      induit,